Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad thessalo

et pro his qui sunt laodicie et qui
hierapoli omnes sunt. Salutat
uos lucas medicus karissimus et dimas.
Salutate fratres qui sunt laodicie
et nimpham et que in domo eius ecclesiam
Cum lecta fuerit apud uos
epistola fac ut et in laodicensium
ecclesia legatur et ea que est laodicen
sium uos legatis et
diate ar
chippo. Vide ministerium quod acce
pisti a domino ut illud impleas.
Salutatio mea in manu pauli. Me
mores estote uinculorum meorum. Gra
tia dominum nostri iesu cristi uobis
cum. Amen. Incipit prologus in
epistolam pauli ad thessalonicenses

Thessalonicenses sunt ma
cedones qui accepto uer
bo uitatis persteterunt in
fide etiam in persecutione ci
uium suorum. Preterea nec recepe
runt falsos prophetas nec ea que a
falsis apostolis audierunt. Hos col
laudat apostolus scribens eis ab ach
aia et nicopoli. Non
solum in omnibus ipsi profecerant
sed et alii eorum uerbo profecerant
et exemplo. Laudando ergo apostolus
eos ad maiora provocat et in uitat.
Incipit epistola pauli ad thes
salonicenses

Paulus et siluanus et
timotheus ecclesie the
salonicensium in do
mino patre nostro et domino the
su cristo. Gratia uobis et pax a
deo patre nostro et domino iesu
cristo. Gratias agimus deo semper
pro omnibus uobis memoriam uestri
facientes in orationibus nostris sine in
termissione memores operis et fidei uestre
et laboris et caritatis et sustinentie
spei domini nostri iesu cristi ante
deum et patrem nostrum. Scientes
fratres dilecti a deo electionem uestram
quia euangelium nostrum non fuit ad
uos tantum sed et in uirtute et in spi
ritu sancto et in plenitudine multa
sicut scitis quales fuerimus uobis
propter uos. Et uos imitatores nostri
facti estis et dominum. excipientes uer
bum in tribulatione multa cum gau
dio spiritus sancti. ita ut uos facti si
tis forma omnibus credentibus in
macedonia et in achaia. A uobis enim
diffamatus est sermo domini. et non
solum in macedonia et in achaia sed
in omni loco fides uestra que est ad
deum profecta est. ita ut non sit nobis
necesse quicquam loqui. Ipsi enim de nobis
annuntiant qualem introitum habu
imus ad uos. et quomodo conuersi
estis ad deum a simulachris. ut ser
uiatis deo uiuo et uero et expectan
tes filium eius de celis. quem suscit
auit a mortuis. iesum qui eri
pit nos a ira uenturi. Amen.
Amen et ipsi scitis. II
fratres introitum nostrum ad uos.
quia non inanis fuit. sed ante passi
et contumelias afflicti. sicut scitis in
philippis. confidimus habemus in
deo nostro loqui ad uos euan
gelium dei in multa sollicitudine. Ex